

D. O. M. A. 1617, 16

Disputatio Juridica,

D E

DOLO, CULPA
ET CASU FORTUI-

TO IN CONTRACTIBUS
PRÆSTANDO.

Ad celeberrimam & difficilissimam L. contra-
ctus 23. t. ult. pand. de R. J. breviter & methodicè
directa & confecta.

Q U A M

*Consensu & approbatione Magnif. Jurisconsul-
torum Ordinis in florentissima Academia Salana,*

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consuleissimi Viri,

Dn. CHRISTIANI RADEVVALDI,

Regiomont. Borufsi, J. U. D. fautoris sui honorandi

Publica disquisitioni in Auditorio Jureconsultorum exponit

JOHANNES JACOBUS DRACO

Loranus Francus.

Ad diem 13. Septembr. Anno M DC XVII.

JENÆ imprimebat Johannes Weidner.

Disputatio Juridica
Ad L. contractus. 23. de R. J.

I.

Acturi in præsentia de his, quæ in contractibus præstantur, dissertationem nostram dividemus in partem generalem & specialem: in illa dicturi de generibus præstandorum: in hac specialiter de præstationibus, seu quænam in singulis contractibus veniant sigillatim præstanda.

2. Ea autem quæ veniunt præstanda, contingunt vel ex facto contrahentium, vel sine facto eorundem.

3. Quæ ex facto contrahentium contingunt, nomine culpæ generatim accepto veniunt, *l. si se, vum 91. §. 1. ibi: culpa in hunc modum adjudicatur. de ver. obl. facit l. magna 226. de V. S. l. 9. §. 3. de minor. l. 5. §. 1. junct. 30 §. 3 ad L. Ag. Et committuntur vel scienter vel imprudenter.*

4. Scienter, unde dolus, & quidem malus, *t. t. ff. de dolo malo.* qui ira dicitur respectu habito ad dolum bonum, quem veteres pro solertia accipiebant, maxime si adversus hostem latronemque quis machinetur, *l. 1. §. 3. d. t.*

5. Estque dolus malus nihil aliud, quam culpam litiosa alterius circumveniendi, fallendi, decipien-
di causâ adhibita, *d. l. 1. §. 2. cod. l. 7. §. 9. de pact.*

6. Alio nomine dicitur fraus *l. si culpa, 63. de R. V.*
A *l. quod*

l. quod Nerva 32. de pos. l. impuberibus. 7. §. 1. de susp. tutor. l. fraudis. 79. de R. J. Consilium callidum, l. sed etsi 7. §. 11. de publ. in rem act. calliditas l. igitur 12. §. & generaliter 3. de liber. caus. malitia, l. 4. §. Marcellus. 13. de doli mali & met. exc. machinatio animi fraudulenta l. fin. §. 1. C. de litig. & dolo simpliciter, b. l. 23. & sparsim in jure. Ubi nota, Dd. regulam facere, quotiescunq̄ juris autores simpliciter sine adjectione dolum dicunt, de dolo malo intelligi debere.

7. Imprudenter, unde culpa in specie, uti dolo vero est contradistincta, quæ definitur culpa cum imprudentia seu imperitia conjuncta, quâ nocetur alii injuriâ vel neglecto eo, quod fieri oportuit, vel facto eo, quod fieri non debuit.

8. Quæ duplex est, alia dolo propinqua, alia ab eo remota, per *l. cum res legata. 47. §. 5. de leg. 1. l. si fidejussor. 29. in princ. mand. l. mulier. 22. §. 3. ad SC. Trebell.* illa dicitur culpa lata, *d. ll.* hæc opponitur diligentiae vel usitatae & communi, vel inusitatae & singulari, unde culpa levis & culpa levissima per *§. 2. & 4. Inst. quibus mod. re contr. obl. §. fin. Inst. de societ. l. in rebus 18. in pr. commod. cum simul.*

9. Alii hæc ita efferrunt: ut diligentia alia est minima seu infima, alia mediocris sive media & communis, alia summa sive exactissima, per *l. regula. 9. §. 2. de jur. & fact. ignor. d. l. in rebus 18. in pr. commod. l. 1. §. 4. de V. O. d. §. fin. Inst. de societ.* ita culpa gradu triplici per relationem negligentiae distinguitur in culpam latam, *l. lata. 223. in pr. de V. S. levem, l. homo liber. 54. §. 2. de acquir. rer. dom. levissimam, l. in lege. 44. ad L. Aquil.* qui gradus simul proponuntur in *l. cum res 47. §. 5. de leg. 1. facit l. n. 23. l. si ut certos. §. 2. & d. l. in rebus 18. in pr. commod.*

10. Lata autem culpa est culpa cum summa & dissoluta negligentia conjuncta, quando quis non intelligit, quod omnes sani iudicii intelligunt, *l. quod Nerva. 32. de pos. l. cedere diem 213. §. 2. de V. S. d. l. regula 9. §. 2. de jur. & fact. ign. l. cum sex. 55. de adilit. ed. l. 1. §. 5. de O. & A.*

11. Alio nomine vocatur culpa magna, *l. magna 226. de V. S. culpa latior, d. l. quod Nerva. 32. culpa gravior l. homo liber. 54. §. 2. de acquir. rer. dom. culpa dolo proxima, d. l. cum res 47. §. 5. de leg. 1. l. quasitum 8. §. 3. in fin. de precar. l. 1. §. 2. si is qui testam. lib. culpa luxuria & dolo proxima, l. si fortuito, 11. de inc. ru. naufr. lata negligentia, l. tutor. 7. §. 2. de adm. & per. tut. l. impuberibus 7. §. 1. de susp. tutor. dissoluta ignoratio, d. l. cum sex 55. de a ul. ed. dissoluta negligentia, l. si. fidejussor. 29. in pr. mand. magna negligentia, l. 1. §. 5. de O. & A. l. magna. 226. de V. S. summa negligentia, d. l. regula 9 §. 2. de jur. & fact. ign. negligentia nimia, d. l. cedere diem 213. §. 2. de V. S. manifesta negligentia, l. 2. C. arbitr. tut. remissior negligentia l. 5. C. de peric. tut. item fraus, d. l. quod Nerva. 32. de pos.*

12. Hæc dolo comparatur, *l. 2. §. 1. si mens. fals. mod. dolum repræsentat, d. l. 1. §. 2. si is qui test. ub. prope dolum est, d. l. si fidejussor. 29. in pr. mand. imò ipse dolum dicitur, in d. l. magna 226. de V. S. non quidem verbi ambitu, sed interpretatione ac effectu juris.*

13. Id verò non indiffinè procedit in omnibus jurium articulis, nec enim in delictorum materie culpa lata pro dolo accipitur, ut in L. Cornelia de sicariis. *l. in lege 7. ad L. Corn. de sicar. in edicto de servo corrupto, l. 1. in pr. junct. l. 3. & 4. de servo corr. in actione furti, l. in furti 50. §. fin. de furt. §. interdum r. Inst. de obli. qua ex quasi del.*

A 2 14. Cul.

14. Culpa levis est culpa conjuncta cum præ-
missione mediocris diligentia, quando quis non pro-
videt id, quod à diligente patrefam. provideri solet, *l.*
quod sepe 35. §. 4. *de contr. emt. l. ea igitur* 4. *de pign. act. l.*
spulator. 31. *ad L. Aquil.*

15. Quæ ab Ulpiano alio nomine appellatur ne-
gligentia rebus suis consuetæ, *l. mulier.* 22. §. *sed enim* 3.
ad SC. trebell. ab Imp. Diocletiano & Maximiano ne-
gligentia simpliciter, *l. ult. C. de susp. tutor.* & frequen-
tius in jure culpa simpliciter, sine adjectione vocabuli
levis, *b. l. n. l. si servus.* 108. §. *cum quid* 12. *de leg. 1. l. in*
venditionem 8. §. 3. *l. seq. §. 5. de reb. aut. jud. poss. h. si fi-*
liosfam. 25. §. 1. *sol. matr. cum simil.*

16. Culpa levissima est culpa conjuncta cum præ-
termissione exactissima diligentia, quando quis non
providet id, quod à diligentissimo patrefam. provide-
ri solet, *d. l. i. §. 4. de O. & A. d. l. in rebus* 18. *in pr. com-*
mod. l. si merces 25. §. 7. *locati. §. item* 2. *vers. at is qui u-*
tendum. Inst. quib. mod. re contr. obl. Quæ interdum vo-
catur periculum, ut in *l. 4. in pr. junct. l. 3. §. 1. nauta,*
caup. stab. l. un. §. quod si 4. *furti. adv. naut. l. tutoris.* 39.
§. 12. *de admin. tut.*

17. Sine facto contrahentium venit casus fortui-
tus, qui est omne id, quod consilio prudentiæque hu-
mana provideri non potest, vel cui præviso resisti ne-
quit, *b. l. n. in fin. d. l. i. §. 4. de O. & A. d. l. 15. in pr. com-*
mod. l. cum duobus 52. §. *damna.* 3. *pro soc. l. 2. §. si eo tem-*
pore 7. *de admin. rer. ad civ. pert. l. in judicio.* 28. *C. de lo-*
cato. l. que fortuitis 6. *C. de pign. act.*

18. Alio nomine vocatur casus simpliciter *b. l. n.*
& in jure passim. periculum, §. *cum autem* 3. *Iust. de emt.*
vent. t. t. ff. de peric. & comm. rei vend. l. cum 10. §. 1. *com-*
mod.

mod. damnum, quod imprudentibus accidit, seu damnum fatale, d. l. cum duobus. 52. §. damna. 3. pro soc. l. 2. in fin. de peric. & commod. rei vend. fortuna l. 1. §. si magistratus 11. de magistr. conv. fortuna futuri damni, l. 1. C. de commod. fatum l. utiq. 16. in pr. de rei vind. l. verum 11. §. 5. de minor. vis major, l. si cum 13. in fin. & l. qui ratiario 30. de pignor. act. l. si merces. 25. §. 6. locati. vis divina, d. §. 6. l. fluminum. 24. §. 4. de damno inf. vis magna, d. l. 2. in fin. de peric. & comm. rei vend. vis cur resisti non potest, l. ex conducto. 15. §. 2. locati.

19. Casum fortuitum distinguimus gradibus & speciebus.

20. Gradibus, quod alius contingat vi majore, alius minore, alius minima.

21. Speciebus, quod alius contingat facto hominis, alius sine facto hominis.

22. Facto hominis, velut hostium & prædonum incurfus, tumultus, rapinæ, incendium à vicinis excitatum.

23. Sine facto hominis vel vi internâ vel externâ.

24. Vi internâ, ut in animalibus mors, cum vinum acescit, & similia.

25. Externâ vel superiori, ut incendia à fulmine excitata, inundationes, tempestates: vel inferiori, quæ venit à rebus vel animatis, ut depastiones locustarum, graculorû &c. vel inanimatis, ut naufragia, ruinæ &c.

26. Sequitur de præstationibus ipsis, quæ in contractus veniunt vel secundum contrahentium conventionem, vel secundum legis dispositionem.

27. Illa contrahentium conventio jure vel est probata, vel non probata: Probata, quando E. G. convenitur, ut vel ne casus fortuitus & omnis culpa præste-

tur, in iis contractibus, in quibus secundum communem juris dispositionem aliàs præstatur vel non præstatur, *b. l. n. vers. sed hæc ita l. 9. §. fin. de transact. l. 3. ibi: et si non cavimus. de R. C. l. legem 10. C. de pact.*

28. Estque ver superflua vel non superflua: illa, quando conventum est de eo, quod tamen sine conventione erat præstandum, *Facit. l. 66. & l. 68. §. 1. de contr. emt. l. 4. §. 3. in fin. de doli mali & met. except. l. 9. §. 1. de distr. pign. hæc, quando nominatim aliquid convenit, vel plus vel minus in singulis contractibus, ceu loquitur Ulpianus in h. l. n.*

29. Estque hæc vel expressa vel tacita: Expressa, quando expressa conventionis formula verboten^o aut aliis signis evidentibus intervenit: Tacita, quando E. G. in contractu depositi intervenit merces, tunc tacite convenitur, depositarium etiam levem culpam præstare debere, *d. l. si ut certo 5. §. 2. commod. item quando depositum æstimatum datur, ut tantundem reddatur; æstimatio tacite conventionis vim habet & periculum accipientis facit, l. die sponsatorum. 25. §. 1. de pos. l. 1. §. 1. de æstimat.*

30. Jure non probata conventio est, quando E. G. convenitur, ne dolus præstetur, *b. l. n. vers. excepto eo. l. si unus. 27. §. illud. 3. de pact.*

31. Præstationes, quæ veniunt in contractus secundum legis dispositionem, considerantur vel affirmative vel negative.

32. Quæ affirmative considerantur sunt vel majores vel minores: Majores sunt dolus & lata culpa: dolus enim in omnibus contractibus præstatur, & cum dolo lata culpa, etiam si lex aut edictum nominatim adversus dolum duntaxat actionem constituit, *arg. b. l. n.*

b. l. n. in pr. l. 1. §. ult. depos. & l. 1. C. eod. facit. l. is cui §. §. dolum. 15 ut inpos. legat. l. magna. 226. de V. S.

33. Præstationes majores veniunt aut tantum, aut conjunctim cum minoribus.

34. Tantum veniunt in deposito, & quodammodo commodato, nimirum analogico, *l. 1. §. fin. de precar. quod vocatur precarium, b. l. n. in pr. §. præterea. 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. si hominem. 7. in princ. & l. quod Xerva. 32. depos. d. l. si ut certo. 5. §. 2. commod. junct. l. 1. C. depos. l. quaesitum. 8. §. cum quoq. 3. cum §. 5. & 6. de prec.*

35. Conjunctim in omnibus contractibus reliquis, *arg. d. l. si unus. 27. §. illud. 3. de pact.*

36. Præstationes minores sunt culpa levis & levissima, quæ præstatur aut singularim aut conjunctim

37. Singularim præstatur tantum culpa levis in emptione, venditione, *b. l. n. §. cum autem 3. Inst. de emt. vend. d. l. si ut certo. 5. §. 2. commod. l. quod sepe 35. §. 4. de contr. emt. in pignore, b. l. n. §. fin. Inst. quib. mod. re contr. obl. d. l. si ut certo. 5. §. 2. comm. l. ea igitur. 14. & l. si servos. 25. de pign. act. l. si creditor. 5. l. creditor. 7. cum l. seq. C. eod. l. prator. ait. 9. §. 5. de reb. autor. jud. pos. in locatione conductione, *b. l. n. d. l. si ut certo. 5. §. 2. comm. l. si quis. 9. §. Celsus. 5. l. videamus. 11. in princ. l. sed adde. 19. §. 1. l. si merces. 25. §. culpe. 4. l. cum in plures. 60. §. servum. 7. locati. l. 3. §. 1. nautæ, caup. stabul. l. si serv. 27. §. si fornacarius. 9. ad L. Aq. in dotis datione, *b. l. n. d. l. si ut certo. 5. §. 2. comm. l. etiã 18. §. 1. l. si filiofa. 25. §. 1. lult. sol. matr. l. in rebus. 17. in pr. de jure dot. in tutela.***

b. l. n.

l. b. n. l. i. in pr. l. cum tutor. 18. de tut. & rat. distr. l. sine herede. 32. §. 1. l. à tutore 33. in pr. de admin. & peric. tut. l. si tutoris. 23. C. eod. l. cum 4. l. quicquid. 7. C. arb. tut. in negotiorum gestione, b. l. n. l. si negotia ii. de neg. gest. l. tutori. 20. C. eod. (vide tamen th. seq.) in societate, b. l. n. §. ult. Inst. de societ. d. l. si ut certo 5. §. 2. comm. l. cum duobus. 52. §. 2. l. socius 72 pro soc. & rerum communione, b. l. n. l. & puto. 16. §. sed etsi 4. l. heredes. 25. §. non tantum 10. fam. herc. l. si is 20. comm. div. l. si major. 4. in fin. C. eod.

38. Coniunctim præstantur culpa levis & levissima, in mandato, *b. l. n. ibi: in his quidam. junct. l. à procuratore 13. l. in re mandata. 21. ibi: nec quicquam. C. mand. & in commodato, b. l. n. ibi: in his quidam. junct. §. item is 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. d. l. si ut certo 5. §. 2. & l. in rebus 18. in pr. commod. l. 1 §. 4. vers. is verò de O. & A. Num & in negotiorum gestione? ita volunt nonnulli per *b. l. n. ibi: in his quidam. juncto. §. igitur. i. in fin. Inst. de obl. qua quasi ex contr. l. heredes. 25. §. non tantum 10. fam. herc. l. si mater. 24. C. de usur. facit d. l. si negotia. ii. de neg. gest. d. l. in re mandata. 21. C. mand. Cum ergo in hac questione dissentientium non levia ab utraque parte videam esse argumenta, placet illius thesin affirmatè & negatè pro viribus asserere, utrumq; ductu Amplissimorum hujus Academiæ Professorum meorum Dominorum Præceptorum, illud D. Ott. Fomanni, *disp. Instit. imper. 24. tb. ii. lit. C. D. Petri Theodorici in prælect. ad d. §. 1. Inst. de obl. qua quasi ex contr. & D. Osvaldi Hilligeri in Don. enucl. lib. 15. cap. 15. lit. F. in not. hoc D. Johann. Sutevii in prælect. ad b. l. n. & D. Dominici Arumæi exerc. 15. ad Inst. tb. ii.***

39. Præ-

39. Præstationes legales, quæ negatè confide-
rantur, sunt casus fortuiti, qui à nemine præstantur,
b. l. n. in. fin. d. l. si ut certo. 5. §. 4. comm. l. qua fortuitis
6. C. de pign. act. nisi quis fuerit in mora l. quod te. 5. de
reb. cred. l. si in Asia. 12. §. fin. de pos. vel culpa casum
præcesserit, d. l. si ut certo. 5. §. 4. comm. ita tamen, ut
aliqua conjunctione effectiva se ad casum habuerit,
arg. l. non omne. 38. de statu liberis.

Auctaria.

I. In Franconia quodam pagò moris est, ut recentior
maritus furi in flagranti crimine deprehenso laqueum
innectat, & adjuvantibus incolis, imprimis quatuor scul-
tētis, de annosa & mutilata quercu, ad hanc rem superio-
ribus seculis delecta, suspendat. Philip. Camer. cent. 1. me-
dit. histor. c. 76. Queritur an hæc consuetudo improban-
da? Negamus.

II. An consuetudo ista Franconica, quæ feuda tam
nova quàm antiqua, ad collaterales omnes, sò cines Na-
mens vnd Stammes / cines Helms vnd Schilldes sein/
devolvuntur, sit ex re S. R. imperij? Affirmamus cum
Paulo Matth. Webner. lib. singul. pract. observat. in ver-
bo: Krayß / Krayßtag.

III. Draco, unus ex legislatoribus Atheniensibus,
leges suas non tantùm in homines, sed & res alias, etiam
inanimatas sanxit; & Jctus quidam scribit, se vidisse
curia Tolosat & decreto ense ibi suspensum anno 1540. Re-
fertq; Guido Pap. quæst. 128. se vidisse porcum resti damna-
tum, & collo obtorto pendentem, quòd infantem intere-
misset, Philipp. Camerar. cent. 2. medit. histor. c. 79.
Queritur autem, num hæc & similia jure fiant?

Decidimus ex c. mulier. 15. q. 1.

F I N I S.

10. Infrascriptis...
 In nomine domini Amen...
 Nos...
 Datum...
 Actum...

In nomine domini Amen...
 Nos...
 Datum...
 Actum...

In nomine domini Amen...
 Nos...
 Datum...
 Actum...

In nomine domini Amen...
 Nos...
 Datum...
 Actum...


In nomine domini Amen...
 Nos...
 Datum...
 Actum...



(X2618029)

60A





B.I.G.

Farbkarte #13

inches

Centimetres

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

6.

17

D. O. M. A. 1617, 16

Disputatio Juridica,

DE

LO, CULPA CASU FORTUI-

N CONTRACTIBUS PRÆSTANDO.

primam & difficilissimam L. contra-
ult. pand. de R. J. breviter & methodicè
directa & confecta.

QUAM

approbatione Magnif. Jurisconsul-
dini in florentissima Academia Salana,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consuleissimi Viri,

CHRISTIANI RADEVVALDI,

et Borussi, J. U. D. fautoris sui honorandi

disquisitioni in Auditorio Jureconsultorum exponit

JANNES JACOBUS DRACO

Loranus Francus.

Veniens 13. Septembr. Anno M DC XVII.

imprimebat Johannes Weidner.

